

Da nobis aquam, ut bibamus (Ex 17, 2).

Léctio libri Exodi

17, 3-7

In diébus illis:

- ³ Sitívit póplus præ aquæ penúria
et murmurávit contra Móysen dicens:
«Cur fecísti nos exíre de Ægýpto,
ut occíderes nos et líberos nostros ac iuménta siti?».
- ⁴ Clamávit autem Móyses ad Dóminum dicens:
«Quid fáciám pópulo huic?
Adhuc páululum et lapidábunt me».
- ⁵ Et ait Dóminus ad Móysen:
«Antecéde pópulum
et sume tecum de senióribus Israel,
et virgam, qua percussísti flúvium, tolle in manu tua
et vade.
- ⁶ En ego stabo coram te ibi super petram Horeb;
percutiésque petram,
et exíbit ex ea aqua, ut bibat póplus».
Fecit Móyses ita coram senióribus Israel.
- ⁷ Et vocávit nomen loci illíus Massa et Meríba,
propter iúrgium filiórum Israel
et quia tentavérunt Dóminum dicéntes:
«Estne Dóminus in nobis an non?».

Verbum Dómini.